

PHARMACOPOEIA
MEDICO-CHY-
MICA,

Sive

THESAURVS PHARMA-
COLOGICUS,

*Quo composita quaeque celebriora; hinc Mineralia, Vegetabilia
& Animalia Chymico-Medicè describuntur, atque insuper
Principia Physicæ Hermetico-Hippocraticæ
candidè exhibentur.*

Opus

*Non minùs utile Physicis quàm Medicis:
Editione secundà correctus & auctus.*

AUTHORE

JOHANNE SCHRÖDERO, M. D.

Reip. Moeno-Francofurtanæ,

Physico Ordinario.

Cum Privilegio S. Cesareae Majestatis.



ULMÆ,

Sumptibus JOHANNIS GERLINI Biblioposæ.

Anno MDCXXXIV.

9. *Urina* (nigræ vel rubræ ovis) sumpta, aquam intercutem abigit; (idem facit & destillata.

10. *Vesica*, (ut & capræ vesica,) cremata & exhibita, his qui urinam invita reddunt succurrit.

11. *Caput & pedes* vervecis in ∇ fluente optimè decocta atrophizæ & contracturæ subveniunt. (in balneo.

XXXI. *Ranunculus viridis.*

Ranunculus calamites (a calamis in quib. degit.) *Dryopetis* & *aubrosch*.

Est genus Ranarum, terrestrium, reliquis minus, colore viridissimum, mansuetum & loca aspera.

OFFICIN.

1. *Ipse Ranunculus*, 2. *Sanguis*.

Vires, 1. *Ranunculus sylvestris* convenit virib. cum rana aquatica, ejusque cinis vulnerib. inspersus mirificè sanguinem cohibere dicitur. *Clariss. Dn. D. Arn. Weickhard. in Thesuro.*

2. *Sanguis* peculiariter pro *Philto* commendatur.

XXXII. *Rhinoceros.*

Ῥινόκερως, *Rhinocer.*

Animal est magnitudine Taurum forma aprum æmulans, cornu unicum in proboscide gerens, idq; nigrum, fissile, cubitum longum, pyramidale. bubali cornu forma sua repræsentans, solidum sine cavitate.

N. 1. *Fale* nimir. videre licet apud viros rerum rariorum curiosos, *Cornelium ac Joannem Petros Materialistas* hujus loci celeberrimos.

N. 2. *Es cornu alterum pusillum in dorso gerere dicitur, quod ejusdem cum priore coloris, utidem apud Petros prostat.*

Vires. *Commendatur ad venena contagia aliosque affectus sudore opus habentibus, ideoque loco unicornu in hujus defectu esse poterit.*

Datur in scobe pulverisata ad ℥℥. vel ℥j.

XXXIII. *Serpens.*

ὄφης, *Schlang.*

Animal est astutissimum, exuvias suas singulis annis bis exuens. Vere scil. & Autumno, Hyeme sub terra & præcipuè sub radicib. arborum, (Betulæ, Coryli.) sopitum quiescens homini infensissimum.

N. 1. *Serpentis nomen generale est multas serpentum species sub se comprehendens. Hujus a. loci vulgare serpentis genus intelligimus a *Cacilijs*, *Viperis*, &c. distinctum, quas damus infra.*

N. 2. *Præstant collectis initio Veris cum senectate deponunt, at tamen non statim ab egressu e latebris hybernis.*

OFFICIN.

1. *Integri combusti*, *Caro*, *Cor*, *Ossa*, 2. *Pinguedo*, 3. *Exuvia*, 4. *Fel.*

Vires, 1. *Integri combusti*, (pulvis serpentum.) scil. *caro*, *cor*, *ossa ac epur.* vim habent alexiteriam, sudoriferam, (non venenatam.)

Ulusque præcipui sunt intrinsecus in omnib. morbis venenatis ac malignis, quales sunt *peffis*, *febris petechi-*